Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



IOHAN

quoniam cum apparuerit similes
ei erimus quia videbimus eum sicut
est. Et omnis qui habet hanc spem
in eo sanctificat se sicut et ille sanctus est
Omnis qui facit peccatum et in
iquitatem facit et peccatum est iniquitas
et scitis quia ille apparuit ut pecca
ta tolleret et peccatum in eo non est
qui in eo manet non peccat et omnis
qui peccat non vidit eum nec cognovit
eum filioli nemo vos seducat Qui
facit iustitiam iustus est sicut et ille
iustus est Qui facit peccatum ex
diabolo est quoniam ab initio diabolus
peccat In hoc apparuit filius dei ut
dissolvat opera diaboli Omnis qui
natus est ex deo peccatum non facit
quoniam semen ipius in eo manet
et non potest peccare quoniam ex deo
natus est In hoc manifesti sunt
filii dei et filii diaboli Omnis qui
non est iustus non est ex deo et qui non di
lexit fratrem suum quoniam hec est
annuntiatio quam audistis ab initio
ut diligatis alterutrum Non sicut
cayn qui ex maligno erat et occi
dit fratrem suum Et propter quid oc
cidit eum Quoniam opera eius ma
ligna erant fratris autem eius equa
bona Nolite mirari fratres si odit
vos mundus Nos scimus quoniam trans
lati sumus de morte ad vitam quo
niam diligimus fratres Qui non
diligit fratrem manet in morte et
omnis qui odit fratrem suum ho
micida est Et scitis quoniam om
nis homicida non habet vitam eternam
in semetipso manentem In hoc cog
novimus caritatem eius quia ille pro nobis animam suam po
suit et nos debemus pro fratribus
nostris animas nostras ponere Qui
habuerit substantiam mundi huius
et viderit fratrem suum necessitatem
habere et clauserit viscera sua ab eo
quomodo caritas dei manet in eo filio
li mei non diligamus verbo neque lin
gua sed opere et veritate In hoc cognos
cimus quoniam ex veritate sumus et in
conspectu eius suadebimus corda
nostra quoniam si reprehenderit
nos cor nostrum maior est deus cor
nostro et novit omnia Karissimi si cor
nostrum non reprehenderit nos fidu
ciam habemus ad deum et quidquid
petierimus ab eo accipiemus quo
niam mandata eius custodimus
et ea que sunt placita coram eo fa
cimus Et hoc est mandatum eius
ut credamus in nomine filii eius
ihesu christi et diligamus alterutrum
sicut dedit mandatum nobis Et qui
servat mandatum eius in illo ma
net et ipse in eo Et in hoc scimus
quoniam manet in nobis de
spiritu sancto dedit nobis

III

Karissimi nolite
omni spiritui credere sed pro
bate spiritus si ex deo sint
quoniam multi pseudo prophete
exierunt in mundum In hoc cognos
citur spiritus dei Omnis spiritus
qui confitetur ihesum christum in carne
venisse ex deo est Et omnis spiritus